



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011857X**

§. 71. Franciæ Regis edictum contra Matrimonia clandestina.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

Sæcul. XVI  
A.C. 1556.

anno hæc ossa rursus terræ mandata, atque Cantabrigiensis academiae ordinum decreto gradus, & honoris tituli Bucero, & Fagio adempti omnino restituti fuere, omnibus, quæ contra eos, eorumque doctrinam, ac memoriam acta erant, rescissis.

§. LXXI.

*Franciæ Regis edictum contra Matrimonia clandestina.*

*Thu. l. 18. n. 7* Hoc anno Henricus II. Galliarum Rex primum in Regno suo edictum promulgari jussit, vi cujus Filiifamilias, nisi viginti quinque, vel triginta ætatis annos attigerint, absque suorum Patrum, & Matrum consensu matrimonia inire prohibebantur. „Hujus edicti tenor est „sequens: Pronutiavimus, statuimus, ac „decrevimus, prout, & nunc pronuntiamus, statuimus, & decernimus, in vim „legis, edicti, statuti, ac perpetui, & nunquam revocandi decreti, quod filiifamilias, si matrimonia clandestina contra beneplacitum, voluntatem, & consensum suorum Patrum, & Matrum contraxerint, vel deinceps contracturi sint, propter talem irreverentiam, vilipensionem, ac præfatorum Parentum contemptum, nec non ob legis, ac præcepti divini transgressionem, atque honestatis publicæ, quæ ab utilitate separari

„rari nequit, læsionem quilibet ex ejus-  
 „modi filiis a Parentum hæreditate ex-  
 „cludatur, atque arceatur, quæ ex-  
 „hæreditatio sequenti modo fiet &c.  
 „postea Patribus, æque ac Matribus  
 „conceditur, ut omnes donationes, quas  
 „forte ante ejusmodi connubia Filiis suis  
 „fecerunt, revocare valeant. „Tandem  
 „additur, quod cuncta, quæ a præfa-  
 „tis Filiis in ejusmodi matrimonii con-  
 „tractu juxta Regni consuetudinem,  
 „ac leges fuere promissa, nulla sint,  
 „nullumque effectum fortiantur.,

## §. LXXII.

*Hujus edicti causa, atque occasio.*

Porro causam, propter quam hoc e-  
 dictum fuit conditum, percipiamus.  
 Joannam Piennam ex illustri Haluinio-  
 rum familia ortam, & honorariam Catha-  
 rinæ Medicææ Reginæ puellam Francif-  
 cus Montmorantius natu major Annæ  
 Connestabilis Filius immodico amore de-  
 peribat, atque eidem, quod illam in uxo-  
 rem ducere velit, insciis Patre, ac Ma-  
 tre pollicebatur, veritus, ne hi sese  
 ejusmodi connubio opponerent, quam-  
 vis sine præjudicio consentire potuissent,  
 nisi proprii quæstus ratio eos præpedi-  
 visset; quippe ipse Henricus II. Franciæ  
 Rex totus in eo erat, ut Diana spuria  
 ejusdem Regis Filia, ac Francisci Ca-  
 stri

Sæcul. XVI.  
 A.C. 1556.

*Le Labou-  
 reur addit.  
 aux mem.  
 de Castell-  
 nou tom. 2.  
 p. 419.*